



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Viator Christianvs Recta Ac Regia in coelum Via tendens

Soliloquium Animae. Vallis Liliorum. De Tribus Tabernaculis. Gemitus & suspiria animæ pœnitentis, seu de Vera Compunctione Cordis. Cohortatio ad Spiritualem profectum

Thomas <von Kempen>

Coloniae Agrippinae, 1682

XXX. De vera pace in solo Deo.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-53320](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-53320)

bilisque progenies, ex Deo nata,
Deo placita, fide fundata, spe ro-
borata, charitate ornata, patien-
tia armata, igne probata, con-
stantia firma.

CAP. XXX. De vera pace in
solo Deo quaerenda.

PAx vobis. Ego sum, nolite ti-
mere. *Ioan. 21.*

In Christo Jesu tota salus, & Pax ani-
vera pax animæ consistit. Et qui mæ in
Christum diligit, habet pacem, Christo.

& in eo quiescit, nec ultra eum,
nec supra eum, quid quærere plus
affectat. *In malo-
rum to-
lerantia
pro Chri-
sto;*

Pax animæ fidelis in hac vita,
ferre multa adversa pro amore
Dei, & nomine Christi.

Decipitur & errat, qui aliter
sentit & cogitat. In vanum labo-
rat, qui Deum in omni facto suo
& cogitatu non præponit, nec
ipsum pure quærit & cupit.

Non est pax impiis, dicit Do-
minus: sed pax multa diligentibus
legem tuam Domine.

2. Pax, quam Christus docuit
& promisit, in profunda humili-
tate *In humili-
tate &*

mortifi-
catione.

tate existit, & in abnegatione
propriæ voluntatis, in mortifica-
tione omnis pravæ delectatio-
nis, in abjectione omnis munda-
næ laudis, & externæ consola-
tionis in rebus perituris.

Custodi ergo cor tuum ad in-
tra, & omnes sensus tuos ad ex-
tra, ne capiaris aliqua illecebra
& recreatione animæ tuæ nociva.

Creaturæ
ad laudē
Creatoris
relatæ
juvant,

Juvant sæpè creaturæ, si ad
Creatoris laudem & honorem
Dei recte & pure referantur; vel
ad aliquam utilitatem suam vel
alterius profectum, moderate &
discrete assumantur.

Ad pro-
priam
delecta-
tionem
nocent.

3. Nocent autem sæpè res pul-
chræ, si curiose, impudice & ma-
le concupitæ aspiciantur, & de-
super delectant; & contra ratio-
nem & honorem Dei placent, &
nimium movent.

Nam sicut boni se custodiunt,
ita incauti vincuntur vitiis. Ten-
tant divitiæ, corrumpunt pecu-
niæ, inficiunt deliciæ, necante-
pula multæ; inflant scientiæ, tu-
ment potentiæ, elevant honores.

Respuunt perversi humiles
mores. Vanæ laudes seducunt a-
nimos leves. Fa-

Fatui sunt omnes & vecordes
qui ista terrena quærunt, & pro
magno reputant, quæ animam
satiare non possunt, nec quiesce-
re permittunt.

Omnia temporalia defectuo-
sa & indurabilia sunt, & præter
Deum nil est perfectum, nec pro
summo gaudio & optimo bono
habendum.

4. In nulla ergo creatura viva,
vel pulchra pictura, aut nobili ge-
niture, aut alta statura, aut mag-
na prælatura, pone cogitatum &
desiderium tuum, si non vis falli,
turbari, & inquinari: quia totum
vanum, lubricum, & noxium est;
nisi omnia trahas ad Deum, à
quo omne bonum, & in quo om-
nia vivunt & consistunt.

Cave er-
go falli &
seduci;

Non ergo vane glories ho-
mo fragilis & mortalis, in multis
culpabilis, & ad malum cito la-
bilis, & ad standum & permanen-
dum in bono debilis.

Nec glo-
riare aus
confide
tibi, me-
mor fra-
gilitatis
tuæ.

Nec confidas tibi ipsi nimis:
nec stes fixe in te, nec in aliis, al-
te cogitando & præsumendo, sed
quicquid boni consideras & in-
telligis in te, & in omnibus crea-
turis,

turis,

turis, totum Deo pure & integre offer & ascribe.

Tunc pacem & quietem cordis invenies in Christo, & non in aliquo bono creato; & implebitur in te, & de te, dulce & sanctum verbum Christi ab eo in monte prædicatum: *Beati mundo corde, quoniam ipsi Deum videbunt.* Cui laus, honor & gloria ab omni creatura, in secula seculorum. Amen.

Matth. 5.

CAP. XXXI. *De recta intentione ad Deum erigenda.*

Psal. 24.

Oculi mei semper ad Dominum, quoniam ipse evellet de laqueo pedes meos.

Cura puræ intentionis.

In omni cogitatione, locutione, et operatione tua, habeas semper rectam et puram intentionem ad Deum; ut omnia facias ad laudem, et gloriam, et honorem Dei, et proximi ædificationem.

Scopus omnis actionis sit Dei gloria.

Ipse est causa omnium bonorum meritorum, atque largitor æternorum præmiorum. Ipse principium et finis omnium operum

rum